eius quas operatus est non recordabor. in iusticia sua quam operatus
est uiuet. Numquid uoluntatis meȩ est mors impii dicit
dominus. et non ut conuertatur a uiis suis et uiuat. Si autem auer-
terit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes
abhominationes quas operari solet impius. numquid uiuet.
Omnes iusticie eius quas fecerat non recordabuntur. in preuarica-
tione sua qua preuaricatus est. et in peccato suo quod peccauit in ipsis
morietur. Et dixistis. Non est equa uia domini. Audite domus israel.
Numquid uia mea non est equa. et non magis uie uestrȩ praue sunt. Cum
enim auerterit se iustus a iusticia sua et fecerit iniquitatem.
morietur in ea. In iniusticia sua quam operatus est [illegible] fecerit iudicium
et iusticiam. ipse animam suam uiuificabit. Considerans enim
et auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est. uita ui-
uet et non morietur. Dicit dominus omnipotens. Gr. Sal[illegible] uum fac ser-
uum tu[illegible] um de[illegible] us me[illegible] us sperante[illegible] in te
[illegible] V. A[illegible]ribus per[illegible] cipe do[illegible] mine
orationem me[illegible] am [illegible] Secundum Iohannem.

h. In illo tempore. Erat dies festus iudeorum. et ascendit ihesus ierosoli-
mam. Est autem ierosolimis probatica piscina que cognomi-
natur hebraice bethsaida. quinque porticus habens. In his
iacebat multitudo magna languentium cecorum claudorum
aridorum expectantium aque motum. Angelus autem domini secun-
dum tempus descendebat in piscinam et mouebatur aqua [illegible]
[illegible]

Fragmentarium
License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 174, 174a-2: 1v – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ml8n/458/6678)